מִדְחֶה *m.* impulsio. Prov. 26, 28.

דַּחֲוָן *chald.* cantiones, instrumenta musica. Aliis est ex *r.* Arab. דחן suffire, suffitus.

דְּחַל *chald. Peh.* & *Pah.* timuit.

דְּחִיל *m.* דְּחִילָה *f.* terribilis.

דֹּחַן *m.* milium. Ezech. 4, 9. vid. *r.* דָּחָה.

דָּחַף impulit. *N.* impulsus est.

מַדְחֵפוֹת *f. pl.* impulsiones. Psalm. 104, 12.

דָּחַק pressit, ursit, arctavit. Judic. 2, 18. Joel. 2, 8.

דִּי *chald.* qui, quæ, quod, quia, quod, *it. not. Genitivi.* כְּדִי sicut.

דַּי *m.* sufficientia, satis. *al.* mensura. *constr.* דֵּי *cum præf.* מִדֵּי, כְּדֵי &c. *cum aff.* דַּיָּם.

שַׁדַּי *nomen Dei qs.* qui sufficiens sibi & αὐταρκής. *ex* ש *præf.* & דַּי. *vid. in Janua* Gen. 17, 1. Exod. 6, 1. *al. r.* שָׁדַד.

דַּיָּה *f.* milvus, vultur. Lev. 11, 14.

דְּיוֹ *m.* atramentum. Jer. 36, 18.

דָּיֵק *m.* munitio, propugnaculum, vallum.

דָּךְ *m.* דָּךְ *f. chald.* hic, iste, hæc, ista.

דִּכֵּן *chald.* hic, hæc.

דָּכָא *N.* & *Pyal* attritus est. Ef. 57, 15. *P.* attrivit, contrivit. *Hithp.* attrivit se, attritus, contritus est.

דַּכָּא *m.* contritus, contusus.

דָּכָה *K.* & *P.* attrivit. *N.* attritus, contritus est.
דֳּכִי *m.* contritio. *al.* fluctus.

דַּךְ, דַּךְ *m.* attritus, pauper. *pl.* דַּכִּים. *item active* atterens & confundens alium. Prov. 26, 28.

דְּכֵן *chald.* hic, hæc, ista, istud.

דוּכִיפַת דכף gallus sylvestris. *al.* attagen.

דְּכַר *chald.* recordatus est. *ex Hebr.* זָכַר.
דְּכַר *m.* aries. *pl.* דִּכְרִין.
דִּכְרוֹנָה *f.* memoriale.
דָּכְרָנַיָּא *m. pl.* res memorabiles.

דָּלַג *K.* & *P.* subsiliit, transiliit. 2 Sam. 22, 30. Zeph. 1, 9.

דָּלָה evexit, extulit, hausit, exhausit, extraxit situlis.
דַּל *m.* elatio, elevatio. Psalm. 141, 3.
דְּלִי *m.* urna, situla. *dual.* דָּלְיַיִם.
דָּלִיּוֹת *f. pl.* propagines, palmites.

דָּלַח turbavit, conturbavit, lutulentum fecit.

דָּלַל *K.* & *N.* elevatus, exhaustus, attenuatus est.
דַּל *m.* דַּלָּה *f.* tenuis, pauper.
דַּלָּה *f.* tenuitas. *it.* peniculamentum, peniculi tenue filum. *it.* vitta, cincinni, implexum.

דָּלַף stillavit, guttas demisit.
דֶּלֶף *m.* stilla. Prov. 19, 13. 27, 15.

דָּלַק arsit, accensus fuit. *it.* persecutus est. *H.* accendit.
דַּלֶּקֶת *f.* febris ardens. Deut. 28, 22.

דֶּלֶת *f.* ostium, janua, porta. *it.* folium, pagina libri. *dual.* דְּלָתַיִם *constr.* דַּלְתֵי. *pl.* דְּלָתוֹת.

דָּם *m.* sanguis. *al. r.* אָדַם. *al. r.* דָּמָה.

דָּמָה similis fuit, assimilavit. *it.* siluit, quievit, cessavit. *N.* assimilatus, excisus est. *P.* assimilavit, cogitavit, imaginatus est. *Hithp.* similis factus est. *it.* excisus est.
דָּם *m.* similitudo. Ezech. 19, 10. *conf. supra* דום & דָּם.
דֳּמִי *m.* rescissio. Jes. 38, 10.
דֳּמִי *m.* silentium. Psalm. 83, 2. Es. 62, 6. 7.

דּוּמִיָּה

הוּמִיָּה f. filentium. r. דום. al. fimilitudo.
דִּמְיוֹן m. fimilitudo. Pfalm. 17, 12.
דְּמוּת f. fimilitudo, forma, fpecies.

דָּמַם filuit, quievit. N. ceffavit. it. excifus eft.
דּוּמָה vid. דום.
דְּמָמָה f. filentium, quies, tranquillitas.

דֹּמֶן m. ftercus, fimus.
מַדְמֵנָה f. fterquilinium, fimetum.

דָּמַע lacrymatus eft. Jer. 13, 17.
דֶּמַע f. lacryma. it. liquor, et in primitiis optima & opima pars frugum.
דִּמְעָה f. lacryma. pl. דְּמָעוֹת.

דְּמֶשֶׁק m. angulus, latus. Amos. 3, 12.

דֵּן, דְּנָה chald. ille, ifte, ifta.

דּוֹנַג m. cera.

דָּעַךְ extinctus fuit. N. & P. idem.

דפה, דֳּפִי infamia, probrum. Pfalm. 50, 20.

דָּפַק pulfavit, præceps irruit. Hithp. pulfavit. Judic. 19, 22.

דָּקַק K. & H. comminuit, contrivit, comminutus eft. Hoph. comminutus eft.
דַּק m. דַּקָּה minutus, a. tenuis, gracilis.
דֹּק auleum, cortina. Jef. 40, 22.

דָּקַר transfixit, transfodit. N. & Hoph. confoffus eft.
מַדְקֵרָה f. transfoffio, Prov. 12, 18.

דַּר m. parius lapis, marmor parium. Bocharto eft margarita vel unio.

דרא דֵּרָאוֹן m. contemtus, faftidium.

דרב Arab. acutus eft. דָּרְבָן m. ftimulus, aculeus. 1 Sam. 13, 21. pl. דָּרְבֹנוֹת Eccl. 12, 11.

דרג Arab. gradatim afcendit.
מַדְרֵגָה f. gradus, gradatio præceps, præcipitium.

דַּרְדַּר m. carduus. vid. דור & דרר.

דָּרַךְ calcavit, ivit, tetendit de arcu. H. deduxit, conculcavit.

דֶּרֶךְ c. via, iter *it.* mos, modus.
מִדְרָךְ *m.* calcatio, vestigium. Deut. 2, 5.
דַּרְכְּמוֹן *m.* drachma. *pl.* דַּרְכְּמוֹנִים. vide & אֲדַרְכּוֹן.

דרם דָּרוֹם *m.* meridies, plaga meridionalis.

דְּרַע & אֶדְרַע *m. chald.* brachium.

דרר, דְּרוֹר *m.* libertas. *it.* hirundo *aut* columba fera. vid. *Bochart.*
דַּרְדַּר *m.* carduus, tribulus. *conf. r.* דור.

דָּרַשׁ quæsivit, consuluit. *N.* quæsitus, consultus est.
מִדְרָשׁ *m.* commentarius, historia.

דָּשָׁא herbascere. *H.* germinare fecit.
דֶּשֶׁא *m.* herba tenera.
דִּשְׁאָה *f.* herbilis. *al. refertur ad* דוש.

דָּשֵׁן pinguefactus, saginatus fuit. *P.* pinguefecit. *it.* decineravit, cineres removit. *it.* in cineres redegit. *Py.* & *Hoph.* impinguatus est. *Sic* Jes. 34, 6. *est forma ex Hoph. & Hiph. mixta.*
דִּישׁוֹן pyrargus. *al. r.* דוש.
דָּשֵׁן *m.* pinguis.
דֶּשֶׁן *m.* pinguedo. *it.* cinis.

דָּת *f.* lex, edictum, jus, sententia.
דִּתְאָא *chald.* herba.

דְּתָבְרַיָּא *chald.* legisperiti, consiliarii.

ה

הָא, הֵא en, ecce. *it.* הֵה & אֲהָהּ ah! cheu!

הֶאָח vid. אח.
הַבְהַב vid. יהב.

הָבַל vanuit, vanus factus est. *H.* vanum fecit.
הֶבֶל, הֲבֵל *m.* vanitas.

הבן הָבְנִים *m. pl.* ligna ebena. *al.* ossa animalis. *al.* pavones.

הָבַר observavit, contemplatus est. Es. 47, 13. *part. k.*

הֹבֵר astrologus. Ef. 47, 13.

הָגָה meditatus eft, muffitavit. *it.* gemuit, rugiit. *it.* abftulit. *P.* an[illegible]tus fuit. *H.* muffitavit.
הֶגֶה *m.* fermo, loquela, gemitus, fufpirium.
הָגִיג *m.* meditatio, gemitus.
הִגָּיוֹן *m.* meditatio. Pfalm. 9, 17. 92, 4.
הֶגְיוֹן *m.* meditatio. Pfalm. 19, 15. Thren. 3, 62.
הָגוּת *f.* meditatio. Pfalm. 49, 4.

הגן הֲגִינָה recta, conveniens. Ezech. 42, 12.
הַדָּבְרַיָּא *chald.* gubernatores. vid. דבר.

הדד, הֵידָד celeufma. הֵד idem. Ezech. 7, 7.

הָדָה injecit, immifit. Efa. 11, 8.

הָדַךְ contudit, evertit. Job. 40, 7.

הדם הֲדוֹם *m.* fcabellum.

הַדָּם *chald.* fruftum, membrum.

הֲדַס *m.* myrtus. *pl.* הֲדַסִּים.

הָדַף deturbavit, depulit.

הָדַר honoravit. *N.* honoratus eft. *Hithp.* gloriatus eft, fe honore dignum venditavit.
הֶדֶר, הָדָר *m.* הֲדָרָה *f.* honor, decus, majeftas.
הֲדוּרִים *m. pl.* tortuofa. *al.* eminentia, excelfa, *fc. caftella.* *al.* honorati, ut *part. Paul.*

הָהּ *it.* אֲהָהּ ah.

הוּא *m.* הִיא & הִוא *f.* ille, illa. *pl.* הֵם, הֵמָּה *m.* illi. הֵן, הֵנָּה *f.* illæ.

הוֹד *m.* decus, gloria, majeftas.

הָוָה & *chald.* הֲוָה *vel* הֲוָא fuit. *Arab.* voluit.
הוָֹה & הַוָּה *f.* ærumna, pravitas, infortunium, miferia. *qv.* defiderium.
יְהוָֹה *Nomen Dei proprium qs.* Exiftens ab æterno & in æternum.
הוֹן *m.* fubftantia, opes, facultates.

הוֹי heu, ah, væ, oheus.

הוּךְ *chald.* proficiſci, ire, pervenire.

הוּם turbari. N. commotus, turbatus eſt. *H.* perſtrepuit, perſonuit. *conf.* המה.

מְהוּמָה *f.* ſtrepitus, tumultuatio. *pl.* מְהוּמוֹת & מהומות.

הוֹן *m.* ſubſtantia, opes. הוֹן vid. הין.

הָזָה ſtertere, dormire. *al.* ſomniare, delirare.

הִי heu, væ! *eſt pro* נְהִי lamentum. *r.* נָהָה.

הִיא illa. vid. הוּא.

היכל vid. יכל.

הֵידָד celeuſma, exclamatio ovantium.

הָיָה fuit. *N.* נִהְיָה factus eſt. vid. & הָוָה.
אֶהְיֶה Ero. Nomen Dei. Exod. 3, 14.

הֵיךְ quomodo. *conf.* אֵיךְ.

הִין *H.* הֵהִין facilis, paratus fuit. Deut. 1, 41.
הִין menſura liquidorum.

הכל, הֵיכָל *m.* palatium, regia, templum, *ſeu* pars templi *hinc à ſanctuario, illinc à veſtibulo diſtincta. al.* יכל capax fuit.

הכר obfirmavit ſe. *Maj.* obſtupuit, ſubſannavit. Job. 19, 3.
הַכָּרָה *f.* obfirmatio. Jeſ. 3, 9. vid. נכר.

הלא *Niph. part.* נַהֲלָאָה procul diſſita, disjecta.
הָלְאָה ultra, ulterius. הֲלֹא an non.

הָלַךְ *K. P. H.* & *Hithp.* ivit, ambulavit. *N.* abiit, abire coactus eſt.
הֵלֶךְ *vel* הֶלֶךְ *m.* itio, ambulatio, fluxus, viator.
הֲלָךְ *chald.* vectigal.
הֲלִיךְ *m.* הֲלִיכָה *f.* ambulatio, inceſſus, greſſus. *plur.* הֲלִיכוֹת & הֲלִיכִים.
מַהֲלָךְ *m.* iter, profectio. *it.* ambulacrum. *pl.* מַהְלְכִים. *al. eſt part. H.* pro מַהֲלִיכִים. Zach. 3, 7.
תַּהֲלֻכוֹת *f. pl.* progreſſiones.

הָלַל ſplenduit, nituit. *it.* laudavit. *it.* inſanivit. *N.* lau-

laudatus est. *P.* insanum reddidit. *it.* laudavit. *Pyal.* insanus factus est. *it.* laudatus est. *H.* splenduit, luxit, splendere fecit. *Hithp.* insanivit, gloriatus est, jactavit se.

הֵילֵל *m.* lucifer, stella matutina, *sed potius* verbum יְלֵל est. Es. 14, 12.

הִלּוּל *m.* laus, laudatio. *pl.* הִלּוּלִים.

הוֹלֵלָה *f.* insania, furor, *μανία*. *pl.* הוֹלֵלוֹת.

הוֹלֵלוּת *f.* insania, stultitia. Eccl. 10, 13.

הַלְלוּיָה *ex* הַלְלוּ 2. *imp. P.* & יָהּ, laudate Dominum.

מַהֲלָל *m.* laus. Prov. 27, 21.

תָּהֳלָה *m.* lux, splendor. *al.* stultitia. Job. 4, 18.

תְּהִלָּה *f.* laus, laudatio, celebratio. *pl.* תְּהִלּוֹת.

מְהֻלָּלִים *m. pl.* laudes. *al. est part.* N. laudati.

הָלַם contudit. *part. Paul.* obtusus. Jes. 28. 1.

הוֹלֵם *m.* tusio. Jes. 41, 7.

הֲלוֹם huc, hic. *al.* penitius.

הַלְמוּת *f.* malleus, tudes. Judic. 5, 26.

יַהֲלֹם *m.* adamas. *Vid. Braunius* de Vestitu, sed *Gussetius* in Com. L. H. p. 312. *Adamantem penitus in pectorali locum non habuisse censet, quod ob duritiem ei insculpi nomen non potuerit.*

מַהֲלֻמוֹת *f. pl.* contusiones. Prov. 18, 6. 19, 29.

הֵם illi, & *cum* ה *paragogico* הֵמָּה. *v.* הוּא.

הָמָה tumultuatus fuit, strepuit, fremuit. *conf.* הוּם.

הֶמְיָה *f.* strepitus. Jes. 14, 11.

הָמוֹן *m.* strepitus, multitudo, turba. *r.* הָמַן.

הָמִים *m. pl.* streperi. Ezech. 7, 11. *Ubi nomen singulare* הָמָה *facit Gussetius.*

הָמִית *f.* strepitus, sonitus. *Refertur ad infin. Hiphil verbi* מוּת.

המל, הֲמֻלָּה, הֲמוּלָה *f.* tumultus, strepitus.

הָמַם quassavit, contrivit, turbavit.

מֶהֶם quassatio. Ezech 8, 6. *vid. Gussetius.*

הָמַן multiplicatus est. Ezech. 5, 7.

המון *m.* המֹנָה *f.* multitudo, turba.

המס הֲמָסִים *m. pl.* cremia, ſtipulæ, Jeſ. 64, 1.

המר, מַהֲמֹרוֹת *f. pl.* ſcrobes, foveæ. Pſalm. 140, 11.

הֵן en, ecce, ſi, an? *item pronomen.* vid. הוא.
הִנֵּה ecce. הִנְנִי ecce ego. הִנְּךָ ecce tu &c.
הֵן illæ. הֵנָּה huc. עַד הֵנָּה & עַד הֵן huc usque, ex הֵן & הֵנָּה. Eccleſ. 4, 2. 3. *conf.* הוא.

הָסָה P. ſiluit. *H.* ſilere fecit. Num. 13, 30. *al.* removit. הַס apage.

הָפַךְ vertit, mutavit, pervertit. N. & *Hoph.* verſus, everſus eſt. *Hithp.* vertit ſe.
הֵפֶךְ *m.* diverſum, contrarium. Ezech. 16, 34.
הֲפֵכָה *f.* ſubverſio. Gen. 19, 29.
הֲפַכְפַּךְ *m.* verſatilis, perverſus. Prov. 21, 8.
מַהְפֵּכָה *f.* ſubverſio.
מַהְפֶּכֶת *f.* cippus. *al.* carcer.
תַּהְפֻּכָה *f.* perverſitas.

הֹצֶן *m.* currus falcatus. *al.* ſcutum. *al.* ſtrepitus. *al.* robur.

הָרַג occidit. *N.* occiſus eſt. *Pyal.* idem.
הֶרֶג *m.* הֲרֵגָה *f.* occiſio, cædes.

הָרָה concepit. *Pyal.* conceptus eſt. Job. 3, 2.
הוֹרֶה *m.* genitor, progenitor. Gen. 49, 26.
הוֹרָה *f.* genitrix. Cant. 3, 4. Hoſ. 2, 5.
הָרָה *f.* gravida, prægnans. *it.* arx, *ex* הַר mons.
הָרִיָּה *f.* gravida. *Guſſetio notat* arcem. Hoſ. 14, 1.
הֵרוֹן & הֵרָיוֹן *m.* conceptus.

הַרְהֵר *chald.* cogitavit. הַרְהוּר & הִרְהוּר *m.* cogitatio. *pl.* הַרְהֹרִין cogitationes. Dan. 4, 2.

הַרְמוֹן *m.* palatium, arx. vid. אַרְמוֹן.

הָרַס *K.* & *P.* diruit, demolitus eſt. *N.* deſtructus eſt.
הֶרֶס *m* deſtructio. Jeſ. 19, 18.
הֲרִיסוּת, הֲרִיסָה *f.* deſtructio. Amos. 9, 11. Jeſ. 49, 19.

הָרַר, הֲרַר *m.* mons. *pl.* הֲרָרִים.
הָר & הַר *m.* mons. *pl.* הָרִים, inde הָרָה & הָרָה *f.* deducit

ducit & de arce exponit R. *Levi* eumque sequitur *Gussetius* in 2 Reg. 8, 12. 15, 16. Amos. 1, 13. Os. 13, 16. nec non הָרִיָּה.

הֲרָרִי *m.* montanus. *al.* mons meus. Jer. 17, 3.

התל *P.* ludificavit, delusit, illusit. *Pyal* illusus est. Jes. 44, 20.

הֲתֻלִּים *m. pl.* illusiones.

מַהֲתַלּוֹת *f. pl.* illusiones.

התת *P.* הוֹתֵת ærumnas machinari.

ו.

וָו *m.* uncinus, uncus. *pl.* וָוִים *constr.* וָוֵי.

ז.

זְאֵב *m.* lupus. *pl.* זְאֵבִים lupi.

זאת vid. זֶה.

זבב זְבוּב *m.* musca.

זָבַד donavit. Gen. 30, 20.

זֶבֶד *m.* donum, donatio. Gen. 30, 20.

זבח *K.* & *P.* mactavit, sacrificavit.

זֶבַח *m.* sacrificium, mactatio. *pl.* זְבָחִים.

זִבְחָה *f.* sacrificatio. Hos. 4, 19.

מִזְבֵּחַ *m.* altare.

זָבַל habitavit, cohabitavit. Gen. 30, 20.

זְבוּל *m.* זְבוּלָה vel זְבֻלָּה *f.* habitaculum, habitatio.

זְבַן *chald.* emit, redemit.

זָג *m.* cortex. vid. זוג.

זֶה *m.* זה, & זאת *f. it.* זו, זו hic, hæc.

זָהָב *m.* aurum, aureus nummus. *it.* serenitas.

זהם *P.* fastidivit, detestatus est.

זהר *N.* commonefactus est. *H.* splenduit. *it.* monuit, admonuit.

זֹהַר *m.* splendor.

זִו *m.* mensis Aprilis. vid זִיו. זוֹ, זוּ vid. זֶה.

זוב fluere, profluere. *part. k.* זָב fluens, fluxu laborans.
זוֹב *m.* fluxus, profluvium.

זוג, זָג *m.* cortex, cutis uvarum exterior. Num. 6, 4.

זוד *K. & H.* superbire, arroganter agere.
זֵד *m.* superbus, arrogans *pl.* זֵדִים.
זֵידוֹנִים *m. pl.* superbi. Psalm. 124, 5.
זָדוֹן *m.* superbia.

זוה, זָוִיּוֹת *m. pl.* anguli. Zach. 9, 15. Psalm. 144, 12.
מְזָוִים *m. pl.* anguli. *it.* cellæ, penuaria.

זוז זִיו *m.* splendor. *it.* fera. מְזוּזָה *f.* postis.

זול vile esse, vilipendere, profundere. *part. k. pl.* הַזָּלִים Jes. 46, 6. *H.* vilipendit.
זוֹלֵל *m.* זוֹלֶלָה *f.* vilis. *it.* epulo, gulosus, commessator. Thren. 1, 11. vid. זָלַל.
זֻלּוּת *f.* vilitas.

זון *chald.* alere, pascere.
זַן, זָן *m.* alimentum, cibus.
זוֹנָה *f.* caupona, hospita. *sed aliis est meretrix ex r.* זָנָה.
מָזוֹן *m.* alimentum.
מוּזָנִים *m. pl.* bene pasti. מְיֻזָּנִים Jer. 5, 8. *pro quo Masorethæ* מְיֻזָּנִים *qs. ex* יזן.

זוע movere, commovere se. *P.* commovit. Hab. 2, 7. *chald.* tremere, movere.
זְוָעָה & זַעֲוָה commotio.
זֵעָה *f.* sudor. *al. r.* יזע.

זור alienari, abalienare se, comprimere, exprimere. *P.* sternutare. *Pyal.* expressus est. *Hoph.* alienus, alius factus est.
זָר *m.* alienus. זָרָה *f.* aliena, alia.
זֵר corona vid. זרה.
זָרָא *m.* fastidium. Num. 11, 20.
מָזוֹר *m.* vulnus, ulcus. *it.* curatio, sanitas.

זחח *vel* זחח *N.* נִזַּח tolli, extolli, separari. Exod. 28, 28. 39, 21.

זחל

זָחַל timuit. *it.* reptavit.

זִיו *m. chald.* splendor. זִיו *vel* זִו Nomen mensis Aprilis.

זִין *m.* splendor. Ef. 66, 11. *it.* fera. Pfalm. 50, 11. 80, 14.

זַיִן *chald.* arma, armatura. *pl.* זַיְנִין. Cant. 4, 4.
זֹנוֹת *f.* arma. 1 Reg. 22, 38. *Sed aliis est ex* זֹנָה *meretrix.*
אֲזֵנִים *m.* arma. Deut. 23, 13.

זִיק *m.* scintilla, flamma. *pl. m* זִקִּים *f.* זִיקוֹת scintillæ. *it.* זִקִּים vincula, compedes. *ex r.* זקק.

זַיִת olea, olivetum. *pl.* זֵיתִים.

זָכָה, purus fuit, purum pronunciavit. *P.* purificavit, mundum fecit. *Sed* Jef. 1, 16. *est forma ex N.* & *Hithp. mixta.*
זָכוּ *chald. f.* puritas.

זָכַךְ purus fuit. *H.* mundum fecit, mundavit.
זַךְ *m.* זַכָּה *f.* purus, a.
זְכוּכִית *f.* gemma puriffima. Job. 28, 17. *al.* adamas. *al.* cryftallus. *Rabbinis* vitrum.

זָכַר recordatus eft, odoratus eft, *ubi de facrificiis agitur.* *N.* memorari. *it. juxta quosdam* mafculum producere. Exod. 34, 19. *H* commemoravit, recordatus eft, adolevit. Ef. 66, 3.
זֵכֶר, זֶכֶר *m.* memoria, memoriale, odor. Hof. 14, 8.
זָכָר & זָכוּר *m.* mas, mafculus. *pl.* זְכָרִים.
זִכָּרוֹן & זִכְרוֹן *m.* memoria, monimentum.
אַזְכָּרָה *f.* fuffimentum, odoramentum, memoriale.

זלג, מַזְלֵג *m.* fulcina, uncinus. *pl.* מִזְלָגוֹת.

זלל vid. *r.* זחל. זוֹלֵל *m.* epulo commeffator. (5.
זַלְזַלִּים *m.* rami luxuriantes, flagella in vitibus. Jef. 18,

זַלְעָפָה *f.* prefter, procella. *al.* aduftio. *al.* animi uredo & dolor adurens.

זולת, זוּלָת præter, nifi, excepto.

זָמַם, cogitavit, molitus fuit.

זִמָּה molitio, scelus. Psalm. 140, 9.
זִמָּה *f.* cogitatio vitiosa, machinatio, scelus.
מְזִמָּה *f.* cogitatio, scelus, facinus.

זָמַן *P.* paravit, præparavit, statuit. *Pyal.* paratum, constitutum est.
זְמַן *m.* & *chald.* זִמְנָא tempus.

זָמַר præcidit, amputavit. *N.* amputatus est. *P.* psallit, cecinit.
זָמִיר *m.* propago, palmes. *al.* cantus, psalmodia.
זֶמֶר *m.* camelopardalis. *al.* rupicapra.
זַמָּר *m. chald.* cantor, musicus.
זְמָרָא *chald.* musica, cantio.
זְמוֹרָה *f.* palmes, propago.
זִמְרָה *f.* psalmodia, carmen. *idem* זִמְרָת Ps. 118, 14.
זְמִירָה *f.* cantio, psalmus.
מִזְמוֹר *m.* psalmus.
מְזַמְּרוֹת psalteria, instrumenta musica.
מַזְמֵרוֹת *f. pl.* falces putatoriæ.

זַן *pl.* זְנִים *chald.* species. 2 Chron. 16, 14. *conf.* זון.

זָנַב decaudare, caudam amputare. Deut. 25, 18. Jos. 10, 19.
זָנָב *m.* cauda, proboscis. Job. 40, 12. *pl. m.* זְנָבוֹת.

זָנָה *K.* & *H.* scortatus est. *Pyal* scortatio facta est.
זוֹנָה *f.* scortum, meretrix. *pl.* זֹנוֹת. *al.* hospita. v. זון.
זְנוּת *f.* scortatio. *pl.* זְנוּתִים. Num. 14, 33.
זְנוּנִים *m. pl.* scortationes. Hos. 1, 2. 2, 4.
תַּזְנוּת *f.* scortatio. *pl.* תַּזְנוּתִים. Ezech. 23, 7. seqv.

זָנַח *K.* & *H.* deseruit, rejecit, amavit.

זִנֵּק *P.* exsiliit. *al.* arripuit, occupavit. Deut. 33, 22.

זֵעָה sudor. vid. יזע.

זַעֲוָה commotio. vid. זוע.

זָעַךְ *N.* extinctus est. Job. 17, 1.

זָעַם *K.* & *N.* indignatus fuit, detestatus fuit, sprevit.
זַעַם *m.* indignatio, ira.

זָעַף indignatus, perturbatus, mœstus fuit.
זָעֵף *m.* indignabundus. 1 Reg. 20, 43. 22, 4.

זַעַף *m.* indignatio.

זָעַק *K.* & *H.* clamavit, convocavit. *N.* convocatus est.
זְעָקָה *f.* clamor.

זְעֵר modicum, pauculum, paululum, paulisper.
זָעִיר *m.* זְעִירָה *f.* parvus, a. Dan. 7, 8.
מִזְעָר *m.* parvum, paucitas. Jes. 24, 6.

זֶפֶת *f.* pix. Exod. 2, 3. Jes. 34, 9.

זָקֵן *K.* & *H.* senuit, consenuit.
זָקֵן *m.* זְקֵנָה *f.* senex. *pl. m.* זְקֵנִים & *f.* זְקֵנוֹת.
זֹקֶן *m.* senium, senectus. Gen. 48, 10.
זִקְנָה *f.* senectus. זָקָן *c.* barba.
זְקֻנִים *m. pl.* senectus.

זָקַף erexit. Ps. 145, 14. & 146, 8. *it. chald.* Esr. 6, 11.

זָקַק *K.* & *P.* fudit, effudit, liquavit, purgavit. *Pyal* purgatus, defecatus est.
זִקִּים *m. pl.* catenæ, vincula. vid. זיק.

זָרַב incaluit, diffluxit (*præ calore*) diffusus est. *Pyal* Iob. 6, 17.

זָרָה *K.* & *P.* ventilavit, sparsit, dispersit. *N.* & *Pyal* dispersus, dissipatus est. *H* accinxit. 2 Sam. 22, 40. *sed hoc refertur ad* אזר. 2. *f. P.*
זֵר *m.* limbus, corona. *al. r.* זור.
זָרָא *f.* dispersio. vid. זור.
זֶרֶת *m.* spithama. (vid. זור.
זָרִים *m.* ventilatores. Ier. 51, 2. *vel potius* peregrini.
מִזְרֶה *m.* ventilabrum. Jes. 30, 24. Ier. 15, 7.

זַרְזִיף *m.* irrigatio, stillatio, stilla. Psalm. 72, 6.

זַרְזִיר *m.* accinctus *sc. equus vel canis* &c. *al.* homo armis accinctus. Prov. 30, 31.

זָרַח ortus, exortus fuit.
זֶרַח, זָרְחָה *m.* ortus.
אֶזְרָח *m.* indigena.
מִזְרָח *m.* ortus, oriens.

זָרַם inundavit. *P.* exundavit, copiose effudit.
זֶרֶם *m.* inundatio. זִרְמָה *f.* fluxus, effluvium.

זָרַע ſeminavit, conſevit. *N.* & *Pyal* ſeminatus eſt. *H.* ſeminificavit.
זֶרַע , זְרַע , *chald.* זְרַע *m.* ſemen, ſementis.
זֵרוּעַ *m.* ſativum. Lev. 11, 37. Jeſ. 61, 11.
זְרוֹעַ *c.* אֶזְרוֹעַ *f.* brachium, armus.
זֵרְעֹנִים & זֵרֹעִים legumina. Dan. 1. 12.
מִזְרָע *m.* ſementis. Jeſ. 19, 7.
זָרַק ſparſit, aſperſit, conſperſit. *Pyal* ſparſus fuit.
מִזְרָק *m.* crater, phiala.
זרר *P.* זוֹרֵר ſternutavit. *al. r.* זור.
זֶרֶת *m.* ſpithama. *al. r.* זָרָה.

ח.

חבא *N.* abſconditus eſt *Pyal* idem. *H.* abſcondidit, occultavit. *Hoph.* occultatus, abſconditus eſt. *Hithp.* abſcondidit ſe, abſconditus eſt.
חֻבָּא ſinus. *qs.* reconditorium. Job. 31, 33. *conf.* חֹבַב.
מַחֲבֵא *m.* abſconſio, latibulum. Jeſ. 32, 2.
מַחֲבֹאִים *m. pl.* latibula, latebræ. 1 Sam. 23, 23.
חָבַב dilexit, fovit. Deut. 33. 3. *inf. k. cum aff.* חֻבִּי. Job. 31, 33. *aliis eſt nom.* חֹב *m.* ſinus, gremium.
חָבָה latitavit, abſcondidit ſe. *imper.* חֲבִי. *al. nomen eſt.*
חֶבֶה *m.* abſconſio. Eſ. 26, 20.
חֶבְיוֹן *m.* abſconſio, latibulum. Hab. 3, 4.
מַחְבֹּרֶת vid. חבת.
חָבַט excuſſit, decuſſit. Jud. 6, 11. *N.* excuſſus eſt. Jeſ. 28, 27.
חָבַל ligavit, pigneratus eſt, in pignus accepit. *it.* corrupit, corrupte egit. *N.* corruptus eſt. corrupit ſeipſum. *P.* perdidit. *it.* concepit, parturivit. *Pyal.* corruptus eſt.
חֲבַל , חֲבָלָא *m. chald.* corruptio.
חֲבוּלָה *f. chald.* corruptio.
חֲבַל , חֶבֶל *m.* funis, laqueus, turba, caterva, dolor, corruptio.
חֲבֹל *m.* חֲבֹלָה *f.* pignus.
חֹבֵל *m.* malus *in navi*, ein Maſtbaum.

חֹבֵל *m.* nauta, nauclerus, gubernator navis. *it.* ligans. Zach. 11, 7. 14.

תַּחְבֻּלוֹת *f. pl.* ſolertiæ, conſilia.

חבץ, חֲבַצֶּלֶת *f.* roſa. *al.* lilium, tulipa. Cant. 2, 1. Jeſ. 35, 1.

חָבַק *K.* & *P.* amplexus fuit. *al.* & complicavit.

חִבּוּק *m.* amplexus, amplexatio. *al.* complicatio. Prov. 6, 10. 24, 33.

חָבַר conjunxit, aſſociatus fuit. *P.* conjunxit, ſocietatem iniit. *Pyal* conjunctus eſt. *H.* junxit, compoſuit. *Hithp.* conſociavit ſe, ſocietatem iniit.

חָבֵר *m.* ſocius, ſodalis, conſors.

חֲבֶרֶת *f.* ſocia. Mal. 2, 1.

חַבָּר *m.* ſocius. *pl.* חַבָּרִים. Job. 40, 25.

חֶבֶר *m.* ſocietas. *it.* incantatio.

חֶבְרָה *f.* ſocietas. Job. 34, 8.

חַבּוּרָה, חַבֻּרָה *f.* plaga, vibex.

חוֹבֶרֶת *f.* junctura, commiſſura.

חֲבַרְבֻּרוֹת *f.* liventes maculæ. Jer. 13, 23.

הִתְחַבְּרוּת *f.* conſociatio. Dan. 11, 23.

מַחְבֶּרֶת *f.* junctura, commiſſura.

מְחַבְּרוֹת *f. pl.* juncturæ, commiſſuræ.

חָבַשׁ *K.* & *P.* ligavit, obligavit, ſtravit, accinxit. *Pyal* ligatus, obligatus eſt.

חבת, חֲבִתִּים *m.* ſartagines. *al.* frixa. 1 Par. 9, 39.

מַחֲבַת *f.* ſartago, cacabus.

חגא *Arabice* confugere.

חָגָא refugium. *al.* commotio. vid. חָגַג.

חָגָב *m.* cicada, locuſta.

חָגַג circumactus fuit, ſaltavit, feſtum celebravit.

חַג *m.* feſtum. *it.* ſacrificium feſti.

חָגָּא *m.* commotio, trepidatio. *al.* refugium. Jeſ. 19, 17.

חגה, חֲגָוִים *m. pl.* fiſſuræ, cornua rupium. *al.* refugia. vid. חגא.

חָגַר cinxit, accinctus fuit. *part. Paul.*

חָגוּר *it.* חָגוֹר *m.* accinctus. Ezech. 23, 15.

חֲגוֹר *m.* חֲגוֹרָה *m* cingulum.

מַחֲגֹרֶת *f.* cingulum, cinctura. Jeſ. 3, 24.

חד, חדא *chald.* vid. אחד.

חדד acutus fuit. *Hoph.* exacutus est.
 חד *m.* חדה *f.* acutus, a.
 חדודים *m. pl.* acumina. Job. 41, 21.

חדה lætatus est. *P.* exhilaravit, gaudere fecit.
 חדוה *f.* lætitia, gaudium.
 חדה, חדי, חדיא *chald.* pectus.

חדל & חדל cessavit, abstinuit. Forma ex *H.* & *Hoph.* mixta est in Judic. 9, 9. 11, 13.
 חדל *m.* desinens, omittens.
 חדל *m.* mundus, tempus.

חדק & חדק *m.* spina. Prov. 15, 19. Mich. 7, 4.

חדר intravit, penetravit. *part. k. f.* Ezech. 21, 19.
 חדר & חדר *m.* cubiculum, conclave. *pl.* חדרים
 חדרת *f.* conclavia permeans. Ezech. 21, 19.

חדש innovavit, restauravit. *Hithp.* renovavit se.
 חדש *m.* חדשה *f.* (*chald.* חדת) novus, a. recens.
 חדש *m.* novilunium. *it.* mensis.
 חדשי *m.* novus. *al.* nomen proprium. 2 Sam. 24, 6.

חדת *chald.* novus.

חוב *m.* debitor. Ezech. 18, 7.
 חיב debitorem, reum effecit.

חוג circuire, circinare. Job. 26, 10.
 חוג *m.* circulus, ambitus, gyrus.
 מחוגה *f.* circinus. Jes. 44, 13.

חוד ænigmatice loqui, acute loqui.
 חידה *f.* ænigma, acute dictum.
 אחידן *f. pl. chald.* ænigmata.

חוה indicavit, annunciavit.
 אחוה *f.* indicatio. Job. 13, 17.
 חיות, חוות vid. חיה.

חוז, מחוז *m.* terminus, portus. Psalm. 107, 30.

חוח *m.* spina, hamus, uncinus *pl.* חוחים & חוחים.
 חח *m.* hamus, uncus piscatorius. *pl.* חחים.

חוש

חוט *chald. Aphel* אַחִיט consuit, conjunxit.
 חוט *m.* filum, funiculus.

חול parturire, dolere, timere. *it.* manere. *P.* peperit, parere fecit, genuit, expectavit. *H.* parturivit, doluit, expectavit.
 חִיל *m.* חִילָה *f.* dolor. Job. 6, 10.
 חוֹל *m.* arena. *al.* phœnix. Job. 29. 18. *al.* palma *ex Arab.*
 חוֹלָה *f.* dolorificum. *al.* parturiens. *al.* ægrotans. Jer. 4, 31.
 חַלְחָלָה *f.* cruciatus.
 מְחוֹלָה *f.* chorus. vid. חָלַל.

חום vid. חמם.

חוס parcere, misereri.

חוץ foris esse. *part. N.* נָחוּץ foris factum. 1 Sam. 21, 8. *al. r.* נחץ.
 חוּץ, חוּצָה foris, foras, extra, vicus, platea. *pl.* חוּצוֹת.
 חִיצוֹן *m.* חִיצוֹנָה *f.* exterior.

חור albuit. Jes. 29, 22.
 חִוָּר *m. chald.* album. Dan. 7, 9.
 חוּר *m.* albus, candidus. Esther, 1, 6. 8, 15.
 חֹר foramen. *al r.* חרר.
 חוֹרִים, חֹרִים *m. pl.* nobiles.

חוש *K.* & *H.* festinare, accelerare.
 חִישׁ cito, celeriter. Psalm. 90, 10.
 חֻשִׁים *m. pl.* celeres, festini. Num. 32, 17.

חזה (*chald.* חֲזָא) vidit, aspexit, contemplatus est.
 חֹזֶה *m.* videns, propheta. *it.* provisio.
 חָזֶה *m.* pectus. *pl.* חָזוֹת pectora.
 חָזוֹן, חִזָּיוֹן, חֶזְיוֹן *m.* visio.
 חֵזֵו, חֶזְוָא *chald.* visio.
 חָזוּת & חֲזוֹת *f.* visio. 2 Chron. 9, 29.
 מַחֲזֶה *m.* visio & מֶחֱזָה *f.* aspectus, prospectus, fenestra.

חזז, חָזִיז *m.* fulgetrum, coruscatio, nubes. *al. r.* חזה.

חזק validus, fortis fuit, invaluit, confirmatus fuit. *it.* roboravit. *P.* confirmavit, obduravit. *H.* firmavit. *it.*

it. apprehendit, tenuit. *Hithp.* fortem se exhibuit.
חָזֵק *m.* invalescens. Exod. 19, 19. 2 Sam. 3, 1.
חָזָק *m.* validus, fortis.
חֵזֶק *m.* חֶזְקָה *f.* robur, firmitas.
חֹזֶק *m.* חָזְקָה *f.* robur, firmitas.

חזר, חֲזִיר *m.* porcus, sus.

חָטָא erravit, peccavit. *P.* expiavit, mundavit. *H.* peccare fecit, *vel* sivit.
חֵטְא (pro חֵטְא) *m.* peccatum. *pl.* חֲטָאִים.
חַטָּאָה & חַטָּאת *f.* peccatum, sacrificium pro peccato, hostia. *contr.* חַטָּאת. *pl.* חַטָּאוֹת. *constr.* חטאת *cum aff.* חַטֹּאתִי.
חַטָּאִים *m. pl.* peccatores.

חָטַב cecidit, putavit, incidit, excidit. *Pyal.* excisus est. Psalm. 144, 12.

חטה חִטָּה vid. חנט.

חָטַם distulit. *al.* obturavit. *al.* obsignavit. Jes. 48, 9.

חָטַף rapuit, diripuit, abripuit vi.

חטר חֹטֶר *m.* virga, baculus. Prov. 14, 3. Jes. 11, 1.

חיב *P.* reum fecit. vid. חוב.

חָיָה vixit. *P.* & *H.* vivificavit, in vita conservavit.
חַיָּה *f.* vita. *it.* animal, bestia, fera. *it.* caterva, cœtus.
חַיְוָתָא, חֵיוָא, חֵיוָה *f. chald.* bestia.
חָיָה *f.* viva, vivax, vivida. Exod. 1, 16.
חַיּוּת *f.* vita. 2 Sam. 20, 3.
חַוָּה *f.* Eva. *Nomen proprium.*
חַוּוֹת *f pl.* villæ.
מִחְיָה *f.* victus, sustentatio.
חַי *m.* חַיָּה & חָיָה *f.* vivens, vita. *it.* vixit. *qs. ex* חָיֵי.
חַיָּה *f.* vita, vivens, bestia.
חַיִּים & חַיִּין *m. pl.* vita.

חַיִל *m. constr.* חֵיל robur, virtus, exercitus, opes. *it.* munitio antemurale. *pl.* חֲיָלִים *constr.* חֵילֵי.

חִין gratia. vid. חנן.

חַיִץ *m.* paries, murus luteus.

חֵיק & חֵק *m.* sinus, gremium.

חָכָה *K.* & *P.* expectavit, præstolatus est.

חכך, חֵךְ *m.* palatum. *cum aff.* חִכִּי.
חַכָּה *f.* hamus.

חכל, חַכְלִילִי *m.* rubicundus. *al.* splendidus.
חַכְלִילוּת *f.* rubedo. Prov. 23, 29.

חָכַם sapuit, sapiens fuit *P.* & *H.* docuit, sapientem reddidit. *Hithp.* sapientem se gessit.
חָכָם *m.* sapiens, peritus.
חָכְמָה *f.* sapientia. *pl.* חָכְמוֹת.

חֵל *pro* חֵיל exercitus, antemurale.

חֶלְאָה *f.* spuma, ærugo.

חָלָב & חֲלֵב *m.* lac.
חֵלֶב *m.* adeps, pinguedo.
חֶלְבְּנָה *f.* galbanum, resina.

חֶלֶד *m.* tempus, mundus.
חֹלֶד *m.* mustela. *al.* talpa.

חָלָה ægrotus fuit, ægrotavit, sollicitus fuit. *P.* morbo affecit. *it.* deprecatus est. *H.* morbo affecit. *Hithp.* ægrotum se fecit.
חֳלִי *m.* morbus. *pl.* חֳלָיִם.
חֲלִי *m.* חֶלְיָה *f.* ornamentum, monile. *pl.* חֲלָאִים.
מַחֲלֶה *m.* מַחֲלָה *f.* morbus, infirmitas.
מַחֲלוּיִים *m. pl.* morbi. 2 Chron. 24, 25.
תַּחֲלֻאִים *m. pl.* infirmitates, morbi.

חָלַט præcise egit, retulit. *al.* exploravit. 1 Reg. 20, 33.

חלך *Arab.* obscurus, abjectus est. חֵלְכָה *m.* pauper, viribus attritus. *pl.* חֵלְכָּאִים vid. Ps. 10, 8. 10. 14. *al.* est compositum ex חֵיל robur, vis & כָּאָה attritus est.

חָלַל perforatus, confossus, vulneratus est *it.* saltavit. *P.* confodit, profanavit, tibiis cecinit, saltavit. *H.* profanavit. *it.* incepit.

חֹל *m.* profanum, commune, non-sacrum.
חָלָל *m.* confossus, occisus. *it.* profanus.
חָלִיל *m.* tibia, fistula.
חָלִילָה abiit *tanquam profanum*, *piaculum*, *vulnus*.
חַלָּה *f.* placenta. *pl.* חַלּוֹת.
חַלּוֹן *c.* fenestra. *pl.* חַלּוֹנִים & חַלּוֹנוֹת.
מָחוֹל *m.* מְחוֹלָה *f.* chorus, chorea.
מְחִלּוֹת *f. pl.* fossæ, cavernæ.
מַחֲלַת instrumentum musicum. Psalm. 53, 1. & 88, 1. *al.* melodiæ vel cantici genus.
תְּחִלָּה *f.* initium, principium.

חָלַם valuit. somniavit. *H.* somniare fecit. *it*, sanitati restituit.
חֲלוֹם *m.* somnium. *pl.* חֲלֹמוֹת.
חֵלֶם *m. chald.* somnium. *pl.* חֶלְמִין.
חַלָּמוּת *f.* vitellus. *al.* ovum. *Bochart.* spuma lactis, Job. 6, 6.
אַחְלָמָה *f.* amethystus, *qs. somnia concilians.*
חַלָּמִישׁ *m.* silex, petra.

חָלַף mutavit, mutatus fuit, transivit, exscidit. *P.* & *H.* mutavit.
חֵלֶף vice, loco, pro.
חֲלוֹף *m.* transitus. Prov. 31, 8.
חֲלִיפָה *f.* mutatio, vicissitudo.
מַחֲלָפִים *m. pl.* cultri mactatorii. Esra. 1, 9.
מַחְלְפוֹת *f. pl.* cicinni. Jud. 16, 13. 19.

חָלַץ exuit, extraxit, subtraxit se. *N.* liberatus, expeditus fuit. *P.* eripuit. *H.* expeditum reddidit.
חֲלִיצָה *f.* extractio, exuviæ. Jud. 14, 19. 2 Sam. 2, 21.
חֲלָצַיִם *m. dual.* lumbi.
מַחֲלָצוֹת *f. pl.* mutatoriæ vestes.

חָלַק partitus, impertitus est, distribuit. *it.* molle, blandum fuit, *vel* fecit. *N.* divisus, distributus est. *P.* divisit, distribuit. *Pyal* divisus est. *H.* divisit, lævigavit. blanditus fuit. *Hithp.* partitus est sibi.
חֵלֶק (*chald.* חֲלָק) *m.* pars, portio. *pl.* חֲלָקִים.
חָלָק *m.* lævis, glaber, blandus.
חֶלְקָה *f.* pars, portio, blandities.

חֲלֻקָּה *f.* partitio. 2 Chron. 35, 5.
חֲלֻקִּים *m. pl.* læves, lævitates. 1 Sam. 17, 40.
חֲלָקִים *m. pl.* lubricitates, lævitates. Jeſ. 57, 6.
חֲלַקְלַקּוֹת *f. pl.* lubricitates, blanditiæ.
מַחֲלוֹקֶת *f.* partitio, diviſio. *pl.* מַחְלְקוֹת.

חלש debilitavit, debilis, debilitatus fuit.
חַלָּשׁ *m.* debilis. Joel. 4, 10.
חֲלוּשָׁה *f.* debilitas. Exod. 32, 18.

חמא, חֶמְאָה *f.* butyrum, *it.* חֵמָה. Job. 29, 6.
מַחֲמָאוֹת *f. pl.* butyrina *ſc. verba.* Pſalm. 55, 22.

חמד *K.* & *P.* deſideravit, concupivit. *N.* deſideratus eſt,
חֶמֶד *m.* deſiderium.
חֶמֶד *m.* deſiderabile, res deſiderabilis.
חֶמְדָּה *f.* deſiderium, deſiderabile.
מַחְמָד *m.* deſiderium. *pl.* מַחֲמַדִּים.
מַחֲמַדִּים, מַחֲמֻדִּים *m. pl.* deſiderabilia.

חמה, חמת חָם *m.* ſocer. *conſtr.* חָמִי. *cum aff.* חָמִיךְ.
חָמוֹת *f.* ſocrus, nurus.
חוֹמָה *f.* murus. *pl.* חוֹמוֹת. *dual.* חוֹמוֹתַיִם.

חמט חֹמֶט *m.* limax, teſtudo. *al.* lacerta.

חמל pepercit, clementia uſus eſt.
חֶמְלָה *f.* clementia. Gen. 19, 16. Jeſ. 63, 9.
מַחְמָל *m.* clementia, indulgentia.

חמם calefactus fuit, incaluit. *P.* calefecit. *Hithp.* calefecit ſe, calefactus fuit.
חַם *m.* calidus. *pl.* חַמִּים.
חֹם *m.* calor, æſtus. חוּם *m.* fuſcum.
חַמָּה *f.* calor, ſol.
חַמָּנִים *m. pl.* ſolaria, ſtatuæ ſubdiales.

חמס abſtulit, abripuit violenter, vim fecit, inique egit. *N.* violenter ablatus eſt.
חָמָס *m.* vis, violentia, injuria.
תַּחְמָס *m.* hirundo. *al.* ſtruthio.

חמץ fermentatus fuit. *Hithp.* idem.
חָמֵץ *m.* fermentatum.
חֹמֶץ *m.* acetum.

חֹמֵץ *m.* præfractus, violentus.
חָמוּץ *m.* conſperſus, madefactus.
חָמוֹץ *m.* oppreſſus, fermento infectus. Jeſ. 1, 17.
חָמִיץ *m.* merum.
חִמְצָה *f.* fermentatio, Hoſ. 7, 4.
מַחְמֶצֶת *f.* fermentatum, Exod. 12, 19. 20.

חָמַק ſubduxit ſe. Cant. 5, 6. *Arabice* mente laboravit. *Hithp.* circumvagatus eſt.
חַמּוּק *m.* ambitus, circumductus. Cant. 7, 1.

חָמַר turbatus, turbidus, lutoſus fuit. *it.* bituminavit. *al.* & rubuit. Pſ. 75, 9. *Pyal* turbidus factus eſt.
חֹמֶר *m.* cæmentum. *it.* acervus, *it.* menſuræ genus.
חֵמָר *m.* bitumen.
חֶמֶר *chald.* חֲמַר, חַמְרָא *m.* merum, vinum rubens.
חֲמוֹר *c.* aſinus, *it.* acervus. *pl.* חֲמֹרִים. *dual.* חֲמֹרָתַיִם. Jud. 15, 16.
יַחְמוּר *m.* dama. *al.* bubalus. *pl.* capra rupicola.

חָמַשׁ *P.* quintavit. Gen. 41, 34.
חָמֵשׁ *f.* חֲמִשָּׁה *m.* quinque. *pl.* חֲמִשִּׁים quinquaginta.
חֹמֶשׁ *m.* quinta pars.
חֲמִישִׁי *m.* חֲמִישִׁית *f.* quintus, a.
חֲמֻשִׁים *m. pl.* quini, quino ordine diſpoſiti, expediti.

חֵמֶת *m.* uter, lagena. *conſtr.* חֵמַת & חֵמֶת.

חָנָה caſtra metatus eſt, caſtra poſuit.
חֲנִית *f.* haſta, lancea. *pl.* חֲנִיתִים *m.* & חֲנִיתוֹת *f.*
חֲנֻיוֹת *f. pl.* cellulæ, manſiunculæ.
מַחֲנֶה *c.* caſtra, acies, turma. *dual.* מַחֲנָיִם. *pl.* מַחֲנִים.
תַּחֲנוֹת *f.* metatio, manſio. 2 Reg. 6, 8.

חָנַט balſamavit, condivit aromatibus, edidit, protruſit, protulit.
חִטָּה *f.* triticum. *pl.* חִטִּים, חִטִּין & *chald.* חִנְטִין.

חָנַךְ initiavit, dedicavit.
חֲנֻכָּה *f.* initiatio, dedicatio.
חֲנִיכִים *m. pl.* initiati, inſtructi, adſuefacti.

חֲנָמַל *m.* grando major. Pſ. 78, 47. *Bocharto eſt* pruina.

חָנַן gratiosus fuit, misertus est. *P.* חִנֵּן & חוֹנֵן gratiam fecit, misertus est. *Hoph.* gratia affectus est, gratiosus est. *Hithp.* precatus, deprecatus est.

חֵן, חִין *m.* gratia. חַנּוֹת *f. pl.* miserationes, Ps. 77, 10. *aliis est inf. P. irreg.*

חַנּוּן *m.* gratiosus, clemens.

חִנָּם gratis, immerito, frustra.

חֲנִינָה *f.* gratia, miseratio.

תְּחִנָּה *f.* precatio, deprecatio. *pl.* תְּחִנּוֹת.

תַּחֲנוּנִים *m. pl.* deprecationes, preces.

חָנֵף contaminatus, profanatus fuit, contaminavit. *H.* profanavit.

חָנֵף *m.* profanus, hypocrita. *pl.* חֲנֵפִים.

חֹנֶף *m.* חֲנֻפָּה *f.* hypocrysis.

חָנַק *P.* & *N.* strangulavit.

מַחֲנָק *m.* strangulatio. Job. 7, 15.

חסד *P.* benigne egit *al.* probro affecit, Prov. 25, 10. *Hithp.* benigne egit, Psalm. 18, 26.

חֶסֶד *m.* benignitas, beneficium. *it.* probrum, Lev. 20, 17. & Prov. 14, 34. *sed in illis etiam locis communem tuetur significatum, Guffet.*

חָסִיד *m.* benignus, pius, beneficiarius.

חֲסִידָה *f.* ciconia.

חָסָה speravit, confisus est.

חָסוּת *f.* refugium, fiducia. Jes. 30, 3.

מַחְסֶה & מַחֲסֶה *f.* receptus, refugium, fiducia.

חָסַל absumsit, consumsit.

חָסִיל *m.* bruchus.

חָסַם obturavit, capistravit. Deut. 25, 4 Ezech. 39, 11.

מַחְסוֹם *m.* capistrum, Psalm. 39, 2.

חָסַן & חֲסַן *chald.* fortis, robustus fuit. *it.* thesaurizavit. *N.* detentus est, possessus est. Jes. 23, 18.

חִסְנָא *chald.* robur, potentia.

חָסִין *m.* robustus, Psalm. 89, 9.

חָסֹן *m.* robustus. Jes. 1, 31. Amos. 2, 9.

חֹסֶן *m.* robur. *it.* opes, thesaurus.

חֲסַף, חַסְפָּא *chald.* lutum, argilla.

מְחֻסְפָּס *m.* rotundus. *al.* lentus, inſtar argillæ. Ex. 16, 14.

חָסֵר defuit, defecit, indiguit. *P.* deficere fecit, ſubtraxit. *H.* idem. *it.* eguit, defecit.

חֹסֶר, חֶסֶר, חֶסֶר *m.* inopia, defectus.

חָסֵר *m.* & חַסִּיר *chald.* deficiens, egenus.

חֶסְרוֹן *m.* defectus. Eccl. 1, 15.

מַחְסוֹר *m.* egeſtas. *pl.* מַחְסֹרִים.

חָפָא, חָפָה *K.* & *P.* texit, occultavit. *N.* tectus, obtectus eſt,

חָפַז *K.* & *H.* feſtinavit, trepidavit. *N.* conturbatus eſt, trepide ſurripuit ſe.

חִפָּזוֹן *m.* feſtinatio.

חֹפֶן *m.* pugillus, pugnus. *dual.* חָפְנַיִם.

חָפַף texit, obtexit, protexit. Deut. 33, 12.

חוֹף *m.* portus, littus.

חַף *m.* nitidus, mundus. Job. 33, 9.

חֻפָּה *f.* obtectio, protectio. *it.* thalamus nuptialis,

חָפֵץ voluit, delectatus fuit, complacuit.

חָפֵץ *m.* חֲפֵצָה *f.* volens, deſiderans.

חֵפֶץ *m.* voluntas, delectatio, deſiderium.

חָפַר fodit, effodit, perveſtigavit. *it.* erubuit. *H.* pudore affecit, erubuit.

חֲפֹר פֵּרוֹת *f. pl.* talpæ. Eſ. 2, 20. *Singulare eſſet* חֲפַרְפֶּרֶת vel חֲפַרְפָּרָה.

חפש *Pyh.* חֻפַּשׁ libertate donatus eſt. Lev. 19, 20.

חֹפֶשׁ *m.* libertas, ingenuitas.

חָפְשִׁי *m.* liber, manumiſſus.

חָפְשִׁית *f.* libertas.

חָפַשׂ ſcrutatus eſt. *N.* perveſtigatus eſt. *P.* perveſtigavit. *Hithp.* mutavit ſe. Job. 30, 18.

חֵפֶשׂ *m.* perſcrutatio, inveſtigatio. Pſalm. 64, 7.

חָצַב *K.* & *H.* excidit, concidit. *N.* & *Pyal* חֻצַּב exciſus eſt.

מַחְצֵב *m.* exciſio.

חָצָה dimidiavit, diviſit, diſtribuit. *N.* diviſus eſt.

חֲצִי *m.* חֲצוֹת *f.* dimidium, medium.
מַחֲצִית & מֶחֱצָה *f.* pars dimidia, dimidium, medium.

חֹצֶן *m.* brachium, lacertus, ſinus.

חֲצַת *chald.* urſit, acceleravit.

חָצַץ diſcidit, exſcidit. *al.* diviſit, gregatim collegit. *al.* ſortitus eſt. *P.* jaculatus eſt. Iud. 5, 11. *Pyal* exciſus eſt. Iob. 21, 21.
חֵץ *m.* ſagitta. חָצָץ *m.* ſcrupus, lapillus.
מְחַצְצִים *pl. m.* ſagittarii. Jud. 5, 11.

חצר fidit, ſcidit. חִצְצֵר *P.* & *H.* clanxit, tubicinavit. *part.* מַחְצְרִים & מַחֲצְּרִים clangentes, tubicinantes. 2 Par. 5, 13. 29, 28. cum צ redundante.
חָצֵר *c.* atrium. *pl.* חֲצֵרִים & חֲצֵרוֹת.
חָצִיר *m.* gramen, fœnum.
חֲצֹצְרָה *f.* tuba, buccina.

חָקָה impreſſit, effigiavit. *Pyh.* expreſſus eſt. *Hithp.* inſculpſit. *al.* circumduxit.

חָקַק *K.* & *P.* ſtatuit, deſcripſit, exaravit. *Pyal* ſtatutus, deſcriptus eſt.
חֹק *m.* חֻקָּה *f.* ſtatutum, decretum.
חִקְקִים *m. pl.* ſtatuta. Iud. 5, 15. Ieſ. 10, 1.

חָקַר *K.* & *P.* inveſtigavit, ſcrutatus eſt. *N.* perveſtigatum (eſt.
חֵקֶר *m.* ſcrutatio, ſcrutinium.
מֶחְקָרִים *m. pl.* perveſtigationes.

חָרָא *vel* חֹרֶא excrementum. Eſ. 36, 12. 2 Reg. 18, 27. *pl.* חֹרָאִים.
מַחֲרָאָה excrementum. 2 Reg. 10, 27.

חָרַב ſiccatus, exſiccatus fuit. *it.* vaſtatus fuit. *N.* & *Hoph.* deſolatus eſt. *H.* exſiccavit, deſolavit.
חָרֵב *m.* ſiccus, vaſtatus, deſolatus.
חֹרֶב *m.* ſiccitas, deſolatio.
חֶרֶב *f.* gladius, culter, ſcalprum. *pl.* חֲרָבוֹת.
חָרָבָה *f.* ſiccitas, ſiccum.
חָרְבָּה *f.* vaſtitas. חָרְבָּה vaſtatio, deſolatio. *pl.* חֳרָבוֹת.
חַרְבֹנִים *m. pl.* ſiccitates. Pſalm. 32, 4.

חָרַג horruit, trepidavit. Pſalm. 18, 46.

חַרְגֹּל *m.* cantharus. *al.* locuſtæ ſpecies. Lev. 11, 22.

חרך

חרד tremuit, sollicitus fuit. *H.* terruit.
חרד *m.* trepidus, tremens.
חרדה *f.* tremor, trepidatio, solicitudo.

חרה arsit, exarsit ira. *N.* ira accensus est. *H.* exarsit, accendit. *Hithp.* accendit se, accensus est.
חרי *m.* æstus, ardor.
חרון *m.* æstus iræ, excandescentia.

חרז, חרוזים *m. pl.* ordines, series, torques. Cant. 1, 10.

חרט *m.* stilus, sculptorium instrumentum. *al.* cista, marsupium.
חרטים *m. pl.* loculi. *al.* aciaria, Haar-Nadeln.
חרטום *m.* magus.

חריונים *m. pl.* excrementa columbarum. vid. חרר.

חרך adussit. *al.* coxit, assavit. *al.* conclusit. Prov. 12, 27.
חרכים *m. pl.* clathri, cancelli.

חרל, חרול *m.* urtica. *pl.* חרלים.

חרם *H.* anathematizavit, devovit. *Hoph.* devotus est.
חרם, חרם *m.* anathema, devotum. *it.* sagena, rete.
חרום *m.* curtus membris. Lev. 21, 18.
חרמש *m.* falx messorum. Deut. 16, 9. 23, 26.

חרס *m.* sol. *it.* prurigo. *cum* ה *paragogico* חרסה.
חרסית, חרסות *f.* solaris. Ier. 19, 2.

חרף *K.* & *P.* exprobravit, probris affecit. *it.* hiemavit. *N.* probro affectus est.
חרף *m.* hiems. *it.* juventus. Job. 29, 4. *al.* opprobrium.
חרפה *f.* probrum, opprobrium.

חרץ movit, movit se, motus fuit. *it.* decidit, præcidit, statuit. *al.* acuit. *N.* concisus, definitus est.
חרוץ *m.* excisus, sedulus, strenuus. *it.* tribula, fossa, aurum.
חריצים *m. pl.* casei, tribulæ, spinæ. *it.* fodinæ.
חרצות *f. pl.* tribulæ. חרצין *chald.* lumbi.
חרצוב *pl.* חרצבות nexus, vincula. Ps. 73, 4. Ies. 58, 6.
חרצן *m.* acinus. *pl.* חרצנים nuclei acinorum. Num. 6, 4.

חרק frenduit, ſtriduit.

חרר exarſit, exuſtus, uſtulatus fuit. *N.* incaluit. *P.* accendit.

חַרְחֻר, חַרְחֹר *m.* aduſtio, inflammatio, febris ardens. Deut. 28, 22.

חֲרֵרִים *m. pl.* ſiccitates, loca ſicca. Jerem. 17, 16.

חֹר foramen, caverna. *pl.* חוֹרִים. חֹרִים liberi, ingenui, nobiles. *it.* excrementa. Jeſ. 36, 12. *conf. r.* חור & חרא.

מַחֲרָאוֹת *f. pl.* latrinæ. 2 Reg. 10, 27.

חֲרֵיוֹנִים, חֲרֵייוֹנִים *m. pl.* excrementa columbarum. 2 Reg. 6, 25. Sed *Boch.* eſſe *ciceris* genus contendit.

חרש aravit, exaravit, inſculpſit, obſurduit, ſiluit. *N.* aratus eſt. *H.* & *Hithp.* ſiluit.

חָרָשׁ *m.* faber, artifex. *pl.* חָרָשִׁים.

חֵרֵשׁ *m.* ſurdus. *pl.* חֵרְשִׁים.

חֶרֶשׁ *m.* ſilentium. *it.* clam, ſilenter.

חָרִישׁ *m.* aratio. חֹרֶשׁ *m.* ſylva, virgultum.

חֲרִישִׁית *f.* ſilens. Jon. 4, 8.

חֲרֹשֶׁת *f.* artificium, fabrefactura.

מַחֲרֶשֶׁת, מַחֲרֵשָׁה *f.* rutrum, ſarculum, vomer.

חֶרֶשׂ *m.* teſta. *pl.* חֲרָשִׂים.

חרת exaravit, exſculpſit. Exod. 32, 16.

חָשַׁב *H.* & *P.* cogitavit, exiſtimavit, imputavit, æſtimavit, numeravit. *N.* imputatus, æſtumatus eſt. *Hithp.* reputatus, numeratus eſt.

חֹשֵׁב *m.* cogitans, artifex. *it.* artificium.

חֵשֶׁב *m.* cingulum.

חֶשְׁבּוֹן *m.* cogitatio, ſupputatio, ratiocinium. *pl. m.* חִשְּׁבֹנוֹת.

מַחֲשָׁבָה, מַחֲשֶׁבֶת cogitatio, excogitatio.

חָשָׁה ſiluit, tacuit, mutus fuit. *H.* ſiluit, ſilere fecit.

חשׁח *chald.* opus eſt, neceſſe habuit *part.* חַשְׁחִין neceſſaria. חַשְׁחוּת *f.* neceſſarium. Eſr. 7, 20.

חָשַׁךְ obſcurus fuit, obtenebratus fuit. *H.* obtenebravit, tenebras effecit.

חֲשֵׁכִים *m. pl.* obſcuri, ignobiles homines.
חֹשֶׁךְ *m.* חֲשֵׁכָה *f.* tenebræ, obtenebratio.
מַחְשָׁךְ *m.* tenebræ. *pl.* מַחֲשַׁכִּים.

חָשַׂךְ cohibuit, ſubtraxit. *N.* cohibitus eſt.

חֲשַׁל *chald.* debilitavit. *N.* debilitatus eſt. Deut. 25, 18.

חַשְׁמַל *m.* pruna, ignis ſcintillans.

חַשְׁמַן *m.* excellens. *pl.* חַשְׁמַנִּים optimates, magnates.

חֹשֶׁן *m.* pectorale.

חָשַׂף nudavit, denudavit. *it.* hauſit, exhauſit.
חֲשִׂפִים *m. pl.* greges nudi. 1 Reg. 20, 27.
מַחְשֹׂף *m.* denudatio. Gen. 30, 37.

חָשַׁק amavit, deſideravit. *P.* cinxit. *Pyal* cinctus eſt.
חֵשֶׁק *m.* deſiderium.
חֲשֻׁקִים *m. pl.* faſciæ, cincturæ.
חִשֻּׁקִים *m. pl.* canthi, exterior rotæ cinctura. 1 Reg. 7, 33.

חשר, חִשֻּׁרִים *m. pl.* radii rotarum. 1 Reg. 7, 33.
חַשְׁרַת *f.* colligatio. 1 Sam. 22, 12.

חֲשַׁשׁ *m.* quisquiliæ, gluma, gramen, torridum. Jeſ. 5, 24. 33, 11.

חָתָה cepit, accepit. *N.* captus eſt. Prov. 17, 10. *r.* חתח.
מַחְתָּה *f.* thuribulum, acerra. *it.* forceps.

חָתַךְ concidit, incidit. *N.* deciſus eſt. Dan. 9, 24.

חתל falciis involvit. *Pyal* & *Hoph.* involutus eſt. Ez. 16, 4.
חִתּוּל *m.* faſcia. Ezech. 30, 21.
חֲתֻלָּה *f.* faſcia. Job. 38, 9.

חָתַם *K.* & *P.* ſignavit, obſignavit. *H.* obſtruxit, obſtructus fuit, abſcondidit.
חֹתָם *m.* חֹתֶמֶת *f.* ſigillum.

חתן *Hithp.* affinitatem iniit.
חֹתֵן *m.* ſocer. חֹתֶנֶת *f.* ſocrus, *ſeu uxoris mater.*
חָתָן *m.* gener. *it.* ſponſus.
חֲתֻנָּה *f.* deſponſatio, ſponſalia.

חָתַף rapuit. Job. 9, 12.

חֶתֶף *m.* rapina, præda. Prov. 23, 28.

חָתַר fodit, effodit, fulcavit, remigavit. Job. 24, 16. Ezech. 8, 8.

מַחְתֶּרֶת *f.* effoſſio. Exod. 22, 2. Jon. 2, 34.

חָתַת fractus, attritus fuit, conſternatus fuit. *N.* נִחַת. *P.* חִתַּת contrivit. *H* הֵחַת fregit, terruit.

חַת *m.* terror, timor. Gen 9, 2. Job. 41, 24.

חִתִּית *m.* חִתָּה, חַתָּה, מְחִתָּה *f.* terror, contritio.

חֲתַת *m.* conſternatio, contritio. Job. 6, 21.

חַתְחַתִּים *m. pl.* contritiones. Eccl. 12, 5.

ט

טְאַב *chald.* bonus fuit. vid. טוב

טאט *P.* טֵאטֵא evertit, ſcopavit. Jeſ. 14, 23.

מַטְאֲטֵא *m* everriculum. Jeſ. 14. 23.

טָבַח mactavit. *part. Paul.* טָבוּחַ mactatum.

טַבָּח *m.* coquus. *pl.* טַבָּחִים ſatellites.

טַבָּחוֹת *f. pl.* coquæ.

טֶבַח *m.* טִבְחָה *f.* mactatio.

מַטְבֵּחַ *m.* mactatio. Jeſ. 14, 21.

טָבַל intinxit, immerſit. *N.* intinctus eſt.

טָבַע immerſus, ſubmerſus eſt, infixus, inditus fuit. *Pyal* & *Hoph.* idem.

טַבַּעַת *f.* annulus. *pl.* טַבָּעוֹת.

טבר, טַבּוּר *m.* umbilicus. *it.* locus editus.

טֵבֵת *m.* nomen menſis, qui Decembri reſpondet.

טָהֵר mundus, purus fuit. *P.* mundavit. *Hithp.* mundavit ſe, mundatus eſt.

טָהוֹר *m.* טְהוֹרָה purus, a.

טֹהַר *m.* טָהֳרָה *f.* mundities, nitor, purgatio.

מְטֹהָר *m.* mundities. *al.* nitor. Pſ. 89, 45.

טוֹב & *chald.* טְאֵב bonum eſſe. *H.* הֵטִיב benefecit.

טוֹב & טָב *chald.* טוֹבָה *f.* bonus, a. elegans.

טוּב *m.* bonitas, bonum.

טוה nevit. Exod. 35, 25. 26.
מַטְוֶה *m.* netum. Exod. 35,25.

טוח oblinere, obducere. *N.* obductus, incrustatus est.
טִיחַ *m.* tectorium. Ezech. 13, 12.
טֻחוֹת *f pl.* præcordia, renes. Job. 38, 36. & Ps. 51, 8.
sed hæc loca ad radicem בָּטַח *rejicit Gussetius.*

טול *P.* טִלְטֵל deportavit. *H.* הֵטִיל ejecit, injecit. *Hoph.* הוּטַל ejectus est.
טַלְטֵלָה *f.* migratio, ejectio. Jes. 22, 17.

טור *m.* ordo. series. *chald.* mons.
טִירוֹת *f. pl.* ordines.

טוש volare, avolare. Job. 9, 26.

טות *chald.* jejunus, incœnatus.

טחה *P.* jaculatus, ejaculatus est. Gen. 21, 16.

טחן moluit, commoluit. טֹחֵן *m.* molens, molitor.
טַחֲנָה *f.* molitio, mola. Eccl. 12, 4.
טֹחֲנוֹת *f. pl.* molares dentes, molitrices.

טחר, טְחֹרִים mariscæ, hæmorrhoides.

טטף טֹטָפוֹת *f. pl.* frontalia.

טיט & טִין *chald. m.* cœnum, lutum.

טיר, טִירָה *f.* palatium, castellum, arx.

טלא *part. Paul.* Gen. 30. 32. טָלוּא maculosum, maculis respersum. *Pyal* טֻלָּא consutus, resartus est. Jos. (9, 5.

טלה *m.* agnus. *pl.* טְלָאִים Jes. 40, 11.

טלל *P.* & טִלְטֵל texit, obtexit. *al.* dejecit. טוּל *collato cum* Jes. 22, 17. Neh. 3, 15. *chald.* obumbravit.
טַל *m.* ros. (טוּל.
טַלְטֵלָה *f.* contectio, integumentum. *al.* migratio. *r.*

טמא immundus fuit. *P.* polluit. *Hithp.* polluit se, pollutus est.
טָמֵא *m.* טְמֵאָה *f.* pollutus, a.
טֻמְאָה *f.* immundicies, res immunda.

טָמַן abdidit, abſcondidit, occultavit. *N.* abſconditus eſt, abſcondidit ſe.

טָמִין *m.* abſconditum. *pl.* טְמוּנִים.

מַטְמוֹן *m.* theſaurus. *pl.* מַטְמֹנִים.

טֶנֶא *m.* corbis, vas, calathus.

טִנֵּף inquinavit, fœdavit. Cant. 5, 3.

טָעָה erravit, aberravit. *H.* in errorem induxit. Ex. 13, 10.

טָעַם guſtavit.

טַעַם *ch.* טְעֵם guſtus, ſapor, ratio, conſilium, ſententia.

מַטְעַמִּים *m. pl.* מַטְעַמּוֹת *f.* cupediæ.

טָעַן oneravit. Gen. 45, 17. *it.* confodit. Jeſ. 14, 19.

מְטֹעֲנֵי חֶרֶב onerati, gravati gladiis. *i. e.* confoſſi.

טָפַח *P.* palmis diſtendit, geſtavit, educavit. Eſ. 48, 13. Thren. 2, 22.

טֶפַח, טוֹפַח *m.* palmus. *pl.* טְפָחוֹת.

טִפֻּחִים *m. pl.* educationes. Thren. 2, 20.

מִטְפַּחַת *f.* ventrale. *al.* peplum. *pl.* מִטְפָּחוֹת.

טָפַל conſuit, compegit, concinnavit.

טִפְסַר, טִפְסָר dux, princeps.

טָפַף parvulum egit inceſſu.

טַף *m.* parvulus.

טְפַר, טִפְרָא *chald.* unguis, ungula.

טָפַשׁ obeſatus, pinguefactus eſt. Pſ. 119, 70.

טְרַד aſſiduus fuit. *chald.* ejecit, expulit.

טרה, טְרִיָּה *f.* humidum, recens. Jud. 15, 15. Jeſ. 1, 6.

טרח *H.* laboravit, fatigavit ſe. Job. 37, 11.

טֹרַח *m.* fatigatio, moleſtia, labor.

טֶרֶם nondum, huc usque non. *al.* ante, antequam.

בְּטֶרֶם cum nondum, antequam.

טָרַף rapuit, prædatus eſt, dilaceravit, decerpſit. *H.* cibavit. Prov. 30, 8.

טֶרֶף *m.* decerptum, avulsum. *it.* folium.
טֶרֶף *m.* rapina, præda, esca.
טְרֵפָה *f.* discerptum, laceratum, raptum.

י.

יָאַב desideravit, cupidus fuit. Psalm. 119, 131.

יָאָה pulchrum fuit, decuit, Jer. 10, 7.
יָהּ Nomen Dei, qs. ἀξιοπρεπής. vid *infra suo loco.*

יאל *N.* נוֹאַל stulte egit. *H.* הוֹאִיל voluit, acquievit.

יְאֹר *m.* rivus, fluvius.

יאשׁ *N.* נוֹאָשׁ desperavit, desperatum est. *P.* יֵאֵשׁ spe destituit.

יָאַת acquievit, consensit. Gen. 34, 15. 22. 23. 2 Reg. 12, 9.
* *Pro hac radice Gussetius maluit agnoscere radicem* אות *vel* אוֹת signatum esse, commune sigillum habere, *ut* נֵאוֹת *fit.* 1. *f.* *Niph.*

יִבַּב vociferatus est. Jud. 5, 28.

יבל *H.* הוֹבִיל attulit, abduxit. *Hoph.* adductus, abductus (est.
יְבוּל, בּוּל *m.* proventus.
יָבָל, יוּבַל, אוּבַל *m.* fluvius, aquæductus.
